Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35447
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

fuge philisteos. i. aduersarios fidei. Dicitur
etiam bene archa federis. siue pacis.
ipsa enim discordiam placauit. que in
ter deum et homines fuerat ab antiquo.
Dicitur quoque congrue archa testamenti.
ipsa enim est testis fidelissima fidei.
Unde legitur. quod lucas de suo ore scripsit
scrit. ewangelium. Item maria figuratur
per arcam propter materiam. Archa enim no
e. nauis erat facta ex lignis leuigatis
preparata. stuppa. ferro. bitumine.
contra aquas munita. Et beata maria.
bene est uocata lignum leuigatum.
quia nullo peccati pondere est grauata. Vo
catur etiam stuppa propter humilitatem. fer
rum propter fidei constanciam. bitumen
propter caritatem. De acie belli.

Acies in bello. non habet certam
mansionem. sed habitat in tab
naculis et tentoriis. Sic beata uirgo
cum filio. nec mortui filii. habuit u
bi eum reclinaret. Item acies ordina
ta incedit. Unde et dicitur terribilis.
et beata uirgo singulis uirtutibus arma
ta fuit contra singula uicia. humilita
tem contra superbiam. caritatem contra
inuidiam. paciencia et mansuetudine
contra iram. fortitudine contra acediam.
leticia spiritualis contra tristiciam. conte
ntu temporalium. contra cupiditatem: lar
gitate. contra auariciam. abstinencia
in sobrietate contra gulam. uirgini
tate et omnimoda castitate contra lu
xuriam. Bene ergo dicitur uirgo.
maria. terribilis. Ipsa reprobis est terribilis
uiciis et demonibus contraria. Ibi dicit
auctoritas. nec sic timent inuisibiles.
quamlibet castrorum multitudinem
copiosam. Romane uocabulum pa
trocinium et exemplum. Fiunt et penne

sicut cera a facie ignis. uirtutumque in
ueniunt. huiusmodi nomen crebram
recordatione. deuotam inuocacionem.
solitam imitacionem. Item castrum a
cies ordinata. quod notatur per hoc. quod
dicitur ordinata. et uere ordinatam ha
buit glosa uirgo caritatem. sicut ipsa
dicit. Cantic. ii. Introduxit. me rex
in cellam uinariam. et ordinauit in
me caritatem. Ipsa enim dilexit filium
deum et hominem. ex toto corde suo.
i. omnibus uiribus dulciter. ex tota anima
i. sapienter. ex tota mente. i. memo
riter. et omnibus uiribus. i. fortiter. Unde
et ei in morte firmiter adhesit. Fortis
ut mors erat eius dilectio. et dura
ut infernus eius emulatio. Cantic.
viii. Dilexit deum super omnia. et pro
ximum suum sicut se ipsam. nichil
ei faciens que sibi nollet fieri. Est
ergo quasi castrorum acies his racio
nibus. De proprietate castelli.

Castellum quod intrauit iesus.
significat beatam uirginem. Ad
hoc autem quod castellum bonum
sit. exiguntur. iiii. uidelicet. situs lo
ci. munimentum. fluuius. alimentorum
copia. In situ loci considatur eminen
cia loci. et quod sit inaccessibilis hos
tibus. Sic beata uirgo in alto fuit fun
data. ita ut omnino dyabolus ea
accedere non ualeret. Unde ipsa dicit.
Ego in altissimis habito. Item mu
nicio castelli consistit in muris et
turribus et fossatis. et armaturis. Hec
omnia fuerunt. in beata uirgine. Mu
rus eius est uirginitas turris hu
militas. fossatum paupertas. armatura
pietas. edificia. siue propugnacula
opera sunt uirtutum. Item. iiii.

Marginalia:

De maria arche.

Maria dicitur terribilis.

Maria acies ordinata.

De situ castelli.

De munitione.

De parietibus.